intelligitur receſſum a prima.alleg.l.ſi quis libellos.ſ.e.⁊ hec dici tur vera,quando vna ſola ſentētia emanauit.ſ ʒ iudex primo tulit interlocutoriam a qua ego appello,⁊ ſic per eam fui exēptus a iuriſdictione ſua,ſed demum fert ſentētiam diffinitiuam nō ꝓpterea intelligo renunciaſſe appellationi ab interlocutoria. alle.no.ꝑ Jo.and.poſt Inn.in c.dilecto.ad fi.De hac,⁊ pro hac opi.Ang.⁊ poſſet allegari fm Imo.ibi,qđ no.Bar.in d.§.ſi dominus.in verſ. ſed an perſonam appellantem.Et adde quod hanc opi.tenet do. Ant.in c.dilecto.de app.Alia fuit opin.Abb.antiqui cū quo trāſit Jo.And.in c.bone.de app.ſequuntur do.de Rota in ſuis antiquis deciſionibus.deciſi.cccclxiij.quod vtraqʒ appellatio teneat, ⁊ eſſet in poteſtate partis quam proſequi vellet.Et hec opin.fm Inn.in foro Canonico forte ſeruatur in practica ꝓpter opi.doct. cano.⁊ deciſiones Rote.in foro aūt ciuili non libenter diſcedunt aſſeſſores a Bar.tamen de iure etiam forte verior eſt opi.Bar.ꝑ rationem ſuam,⁊ vide no.in c.bone.xxj.q.ij.c.Lotharius.⁊ ꝑ do. Jo.in d.§.ſi dominus.⁊ ibi ſcripſi poſt Bar.⁊ vide gl.in cle.ſi ani.de app.⁊ hec vera quandocunqʒ appellationes interponūtur ex interuallo.ſecus ſi eodem tp̄e,q̄ tunc appellatio non eſſet niſi vna per no.per gl.⁊ ibi dixi in l.ſi conuenerit.ff.de pig.ac.Et ita videtur tranſire Imo.Adde tamen qđ cum opin.Jo.And.⁊ ſequacium videtur tranſire Bal.in c.j.quo temp.mil.⁊ in l.appellationes.j.eo.Et vide omnino Lud.in d.§.ſi dominus.⁊ in d.l.ſi quis libellos.⁊ vide que dixi poſt Bar.in d.§.ſi dominus.maxime ad fi.adde Pau.de ca.conſi.xxv.qui tenet opi.Bar.in d.l.cum procurator.⁊ vide Bal.conſi.cviij.

LEX XV.

1 **NE cauſas.** † Breuiter dicit. Que retractationi non ſubiacēt,diligēter ſunt agēda,⁊ iudex qui conſultori omnia acta non miſerit, infamatur.h.d.

LEX XVI.

**EOs etiam.** † Breuiter dicit. A legato principis pōt appellari.h.d.

LEX XVII.

**SI apud.** † Breuiter dicit. A pretore appellatur ad prefectum.h.d.

LEX XVIII.

a 1 **QUoniā nonnulli.** a † Breuiter dī.Si appellatio eſt deſerta ꝓpter apoſtolos nō petitos,vel non preſentatos,vel propter proſecutionem omiſſam, ſententia executioni mandatur. hoc dicit. † Not. quod qui non petit apoſtolos debito tempore, vel eos non preſentat iudici ad quem, videtur appellationem deſerere,idem ſi non venit ad proſequendam appellationē tempore debito,⁊c.Uidiſtis ſ.eo.l.preſes. Dicit hic refutatorie preces,⁊c. † Quero,que dicuntur refutatorie preces. Quidam dicunt quod intelligitur de ipſis apoſtolis. Alij dicunt quod intelligitur de libello,qui datur ſuper proſecutione appellationis. Alij intelligūt de ipſa appellatione.Tene quam vis,quia non curo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quoniam. Ad intellectum huius l.vide Bart.in l.j. ff.de lib.dimiſſ.⁊ Bart.in l.eos.§.ſuper.eod.tit.

LEX XIX.

**A Proconſulibus.** † A quolibet iudice excepto p̄fecto pretorio poteſt appellari,⁊ ſi appellatio non recipitur, appellans poteſt proſequi, a ac ſi recepta fuiſſet, ſi ſuccubuit puniatur, ſi obtinuerit,iudex mulctabitur.hoc dicit.iſta not. lex. † Not.quod licet epiſcopus b eſſet priuilegiatus,vt a ſua ſententia non appelletur, tamen poteſt appellari a ſententia ſui vicarij. c Et vide text.ibi,⁊ his qui vice prefectorum,⁊c.Et vide glo. † Idē dico in Poteſtate ⁊ Capitaneo,ſi diceretur in ſtatuto quod a ſententia eius non poſſit appellari,tamen a ſententia eius vicarij poſſit appellari. Oppon.ff.a qui.appel.non licet.l.j.Solu.Licet regula ſit, quod a quolibet iudice poſſit appellari, tamen fallit in caſibus qui ponuntur in hac gloſſ.quam vide ⁊ not. Oppon.⁊ videtur quod ille qui fruſtratorie appellauit,puniatur alia pena,vt 4 ſ.eodem l.eos.§.ne temere.Solu. † Quandoque quis appellauit fruſtratorie, ⁊ appellatio non recipitur,⁊ tunc habet locum pena huius legis. Quandoque quis fruſtratorie appellat,⁊ appellatio recipitur,⁊ habet locum l.eos.§.ne temere.Quandoque quis appellat ab executione ſententie,⁊ tunc habet locum pena que ponitur in l.ab executione.j.quo.appel.non reci.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Poteſt proſequi.Not.appellationem eſſe deferēdam. limita in caſibus not.per gloſſ.in authen.de iudi.in §.noſtros.⁊ intellige,vt per Innocen.in c.paſtoralis.de offic.deleg.⁊ vide j.quo. appel.l.j.vide omnino in l.ſciendum.de appel.recip.

b P.PAV.P. ¶ Licet epiſcopus.Adde ſimile quod ſi in actis authoritas epiſcopi nō ſufficeret,authoritas vicarij illo abſente ſufficeret.Ang.in l.adoptio non iure facta.ff.de adopt.ſic ⁊ licet epiſcopus extra dioceſim poſſit inſtituere poteſtatem.ca.patronus. non iſtud poſſit vicarius.Bald.in l.ij.ff.de offic.proconſul.

c ALEX. ¶ Sui vicarij. Si vero non poſſit appellari a ſententia Poteſtatis, poteſt tamen appellari a ſententia ſui vicarij. Adde quod not.Bart.in l.j.ff.qui ⁊ a quibus.⁊ ibi dixi.

LEX XX.

1 **ET in maioribus.** † A ſententia lata in qualibet ſumma, ⁊ in quacunque cauſa,poteſt appellari.hoc dicit.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Et in minoribus.Et ſic regulariter appellatio eſt permiſſa,niſi ſit ſpecialiter a iure prohibita:⁊ de quo eſt gl.in l.qui reſtituere.in gl.fi.in fi.ff. de rei vendic.⁊ de hoc adde tex.⁊ ibi ponderat Prepoſ.in rub.extra de appel.

LEX XXI.

1 a **QUoniam iudices.** † Si iudex appellationem a diffini-
2 tiua non recipit, ipſe punitur a tempore ſui ſyndicatus,⁊
* eius officialis.hoc dicit. † Not.quod quando appellatio * inter-
b ponitur a diffinitiua, b iudex debet ei deferre, ⁊ iam practicaui.
3 † Not.quod officiales c debent reſiſtere rectori, quando male fa-
c cit, ſicut ⁊ ſubditus prelato.Gloſſ.ſignat quedam argu.contraria.⁊ vide eam ibi l.ſi quis id quod.§.doli.ff.de iuriſ.om.iudi. Sol. Nō punitur illo edicto,quia requirit dolū,ſed alias mulctabitur. arg.vi bo.rap.l.ij.§.hac actione.⁊ de penis.l.abſentē.in fi. Sed hec cōſtitutio non requirit dolū. Sed contra.de ſan.epiſ.§.j.Sol.bene debet eligi doctus,ita quod nō debeat doceri,vt ibi,ſed ſi eligitur indoctus,vel alias male doctus, poteſt ſibi reſiſti, vt hic ſequitur
4 in gl.vt in l.quanquam.Sol.no.per gl.in l.non videtur.§.qui iuſſu. de reg.iur.⁊ per Dy.in c.quod quis.extra de reg.iur.lib.vj.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ipſe punitur.Not.quod tantum punitur principalis rector, quantum omnes alij quos ſecum habet, ⁊ hoc verum niſi officiales reſiſtant pretori.De hoc per Bal.in l.penult.ſ.de proc. ⁊ per ea que habentur in cap.j.de his,que fi.a maio.par.ca.⁊ vide Bart.late in tract.repreſa.in vj.q.⁊ que dixi in l.j.j.quo.appel.non reci.in fi.⁊ Bart.in auth.ſed omnino.ſ.ne vxor pro marito.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ No.quod quādo appellatio.Si nō obſtante appellatione exequatur,qualiter puniatur in cauſa ciuili,habes hic.In cā vero criminali,vide tex.⁊ ibi Bar.⁊ alios i l.lege Jul.ff.ad l.Jul.de vi publ.⁊ Ang.Are.in l.non tantū.ff.de ap.

b P.PAV.P. ¶ A diffinitiua. Adde quod idem eſt ſi ab interlocutoria,vide Rom.conſi.ccccj.circa princ.

c P.PAV.P. ¶ Officiales.Uide Alexan.in conſi.j.in iij.vol. Jaſ.in l.j.ad fin.ff.de offic.aſſeſ.vbi dicit opus eſſe,vt aſſeſſores proteſtentur quod ipſi non conſentiant,nec ſatis eſſe in actis non apparere quod ipſi conſenſerint.

LEX XXIIII.

1 **JUdicibus.** † Iudices debent appellationem recipere,⁊ apoſtolos tradere,alias
a mulctabuntur. a hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Mulctabuntur.Et dicit Joan.Andr.in c.j.de appel. in vj.in nouel. quod iſta mulcta fuerit arbitraria, cum non ſit determinata a iure, ⁊ vide ſ.eod.l.quoniam iudices.⁊ hic in l.a proconſulibus.ſ.eod.⁊ per Aret.ij.q.vj.Decium ſuper gloſſ.fin.text.⁊ ibi Bart.l.Julia.ff.ad legem Juliam de vi public.

LEX XXV.

1 ☞ Appellari poteſt ab iniquitate iudicis ex eo quod nimis magnam mulctam impoſuit.

1 **ET in multis.** Oppon.de l.ſi qua pena.ff.de verb.ſignific.Sol. † Aut quis vult appellare ab iniquitate iudicis, quia nimis magnā mulctam impoſuit,⁊ poteſt,vt l.iſta. Aut ab iniquitate ſententie, ⁊ non poteſt,vt l.contraria.

LEX XXVI.

* **CUm poſt.** * a † Breuitas cauſe, ⁊ itineris lon-
a ginquitas,facit vt iudex appellatio-
1 nis cauſam in patria litigantium b delegare cogatur.h.d.
b Not.hanc legem,quia notabilis valde,nec minus vtilis.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Cum poſt.Uide ad intellectum huius l.Fel.in c.nonnulli.de reſcr.

a P.PAV.P. ¶ Cum poſt.Uide etiam Bartol.dicentem,quod licet iſtud dicatur eſſe nouum dictum Petr.de Anchar.tamen eſt etiam dictum aliorum.

b ALEX. ¶ In patria litigantium. Et per hanc l.dicit Petr.de Ancha.in c.nonnulli.de reſcript.quod licet ordinarius poſſit red-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſdere ius in qualibet parte ſue dioceſis. c.cum epiſcopus.de offic.
ord.li.vj.tamen ſi de cauſa nimis parua vellet cognoſcere in loco
nimis remoto a litigatoribus.poſſunt petere partes,vt cã cõmit-
tatur in loco magis propinquo eis ad hoc,vt laboribus ⁊ expen
ſis parcatur.Et p hunc no.tex.⁊ iij.q.vj.ad hec.⁊ per d.c.nõnulli.
Et iſtud dicit eſſe nouũ dictum,⁊ equum,⁊ idem ipſe voluit in l.ca
nonum ſtatuta.⁊ in c.finem litibus.de do.⁊ contu.⁊ Bar.in l.me-
diterranee.j.de anno.⁊ tri.lib.x.⁊ in l.ij.de re iud.⁊ audiui ꝙ Petr.
de anch.indiſtincte dicit iudicem debere committere cãm,ſiue ſit
magna ſiue parua.⁊ fuit originale dictum Inno.in c.ſane.de for.
compet.⁊ ibi reprehenditur.Adde etiam Pe.de anch.in c.cum te
conſulente.de off.deleg.⁊ in c.j.de offi.iud.⁊ in c.cum cãm.de teſti.

LEX XXVII.

1 **N Ominationes.** Breuiter dicit† Ab ele-
ctione inualida non eſt
neceſſe appellare.h.d.

LEX XXVIII.

2 ☞ Appellans non poteſt penitere inquantum illa appellatio fa
cit pro aduerſario.

* **S I quis libellos.** *† Qui appellat põt
1 penitere.h.d. Duob⁹
modis intelligit gl.hanc legẽ.Primo qñ vult penitere ſe
a totaliter appellaſſe.Secundo quando vult penitere[a] ſe a tali iudi
ce appellaſſe,⁊ vult ad alium reuerti.quelibet lectu.eſt bona.Ad
hanc lectu.opp.extra eo.c.j.lib.vj.Sol.Appellans poteſt penite-
2 re inquantũ appellatio facit pro ſe.ita loquitur hic.† Sed inquan
tum iſta appellatio facit pro aduerſario,iſta penitentia nõ admit
titur.Hic eſt caſus in contrario.⁊ j.quando prouo.nõ eſt neceſ.l.
3 fina.† Appellatio autem facit pro aduerſa parte in duobus.[b] Pri
b mo,qr ille contra quem appellatio eſt interpoſita.põt ea appella-
tione vti,vt reſcindatur ſententia,ſi in aliquo eũ leſit,vt j.eo.l.am-
4 pliorem.in prin.⁊ d.l.fi.j.quando prouo.non eſt neceſſ.† Item pro
deſt in alio quando appellatur ab interlocutoria,requiritur ꝙ to
tum ad iudicem deuoluatur ad quem eſt appellatum,⁊ ſic renun
ciando appellationi appellans non poſſet reuerti ad iudicem pri
mum inuito aduerſario,vt d.c.j.extra eo.tit.lib.vj.Ultimo Gul.de
Cug.inducit ad q.ſi emphyteuta vendit rem inſcio domino,⁊ eam
reemit,vtrum incidat in l.fi.s.de iure emphy.Videte quendã tex.
in l.ſequitur.§.idem Labeo.de vſucap.⁊ dic vt ibi dixi.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si qs libellos.Hec lex facit ad queſ-
poſitam in materia appellationis per Pau.de ca.⁊ Alex.in l.fi.s.
qui admit.⁊ ibi hanc l.alleg.Alex.in fi.cum gl.quam hic dicit An
gel.ſingularem.

a ALEX. ¶ Penitere.Vide Bart.in l.inuitus.de procur.s.in ver-
ſicul.ad hanc lect.ibi,ſed inquantũ iſta appellatio.Sic ergo quan
do appellantis intereſt, non admittitur renunciatio appellatio-
nis, idem in alio caſu,quando appellationem non detulit, ſi con-
ſenſit appellare. Ita videtur limitare hanc l.Innoc.in c.ex parte.
extra de reſcrip.⁊ ibi vide modum per quem quis videtur renun-
ciare appellationi.⁊ ibi no.glo.ij.⁊ dixi in l.ſi ſeparatim.ff.eo.quod
dixi, ⁊ quando etiam poſſit renunciare appellationi, vide in l.fin.
§.ſinautem.j.tit.j.⁊ in authen.ei qui.eo.tit.⁊ not.Bal.in l.edita.in
verſic.oppo.ſexto.s.de eden.⁊ not.quod poteſt renunciari iudicio
appellationis,extra autem non,niſi per pactum, ſecundum Bal.
not.in l.j.s.de pa.⁊ iſtis adde Bald.in l.poſtquam.s.de pact.qui
allega.iſtud dictum Innoc.in c.ex parte.el j.de reſcrip.⁊ ibi etiam
vide Bald.an quis poſſit renunciare proteſtationi ſue inuito ad-
uerſario,⁊ ibi de multis ſimilib⁹.⁊ not.quod appellationi in cauſa
criminali quis nõ poteſt renunciare.l.non tantum.⁊ ibi doct.ff.eo.
Not.Bal.in l.fi.ff.de neg.geſt.ſed Bart.videtur tenere cõtrarium
in l.qui vlti.in fi.ff.de pe.⁊ quod in ciuili non poſſit renunciare in-
uito appellato, cui ex appellatione ius eſt queſitum, tenet Petr.
de Anch.in cle.j.de cau.poſſ.⁊ proprie.⁊ Bart.vide Bald.in l.per
hanc.in fi.j.tit.j.⁊ Ang.in l.j.ff.a qui.appel.non li.An autem poſſit
renunciare appellationi, in preiudicium aliorum qui iuri poſſunt
adherere,vide Bart.in l.j.ad fi.j.ſi vnus ex pluribus.⁊ de materia
per do.Anto.in c.interpoſita.§.ille denique.de appel.⁊ circa vlti.
verſ.hic adde tex.in l.j.§.ſi rem.⁊ ibi Bar.ff.de pe.⁊ quod ibi Bal.
in l.ſi inſulam.in vj.q.de verb.oblig.Adde an recuſans iudicẽ poſt
appellationem videatur renunciare appellationi,Old.conſ.cccij.
b P.PAV.P. ¶ In duobus. Vide Panormit.in cap.ex parte.ex-
tra de reſcriptis.

LEX XXIX.

1 **A Ddictos.** † Damnatos ad mortem nemo
poteſt vi eximere, ſed pro eis per
mittitur appellare ad iudicem competẽtem.hoc dicit.
Iſtam l.habes de verbo ad verbum in l.addictos.s.de
epiſc. aud. ⁊ per hanc l.⁊ per l.non tantum. ff.eod.tenent quidam
quod poteſt mandari executioni intra decem dies ſententia capi-
talis,quod apparet, quia iſti ad iuſtitiam ducebantur intra tem-
pora appellandi. Gloſ.tenet contrarium in l.qui vlti.ff.de penis.
Itẽ in ciuilibus hoc tenet expreſſe in l.j.in princ.nil no.appel.pen.
Sed in ciuilibus non poteſt mãdari executioni intra decem dies,
multo magis in criminalibus,vbi cauſe diligentius ſunt examinã-
de,vt hic.⁊ hoc tenet Spec.in tit.de execu.ſent.Non obſtãt iſte le-
ges,quia vel eſt dicendũ,quod iudex faciebat male, faciendo exe-
cutionem ita repente. Vel eſt dicendũ quod hic renũciauerat ap-
pellationi,que renũciatio non nocet quo ad extraneos,vt d.l.non
2 tantum.De quo dic vt dixi in d.l.qui vlti.ff.de penis. † Item no.
quod cauſe capitales debent diligentius examinari,quam alie.

LEX XXX.

**S I quis prouocatione.** Breui-
ter di-
1 cit ſecundum lect.quam intendo tenere, † Ab iniqua
ſententia põteſt appellari. Item propter iniuriam fa-
cti poteſt appellari,⁊ in totũ iudicis iuriſdictio recuſari.hoc dicit.
ſecundum lect.Pla.que eſt magis notabilis. Inquantum hec lex
dicit quod ab iniurioſa ſententia poteſt appellari, non habet du-
bitationem. Inquantum dicit quod ab iniuria facti poteſt appel-
lari. Oppon.iniuria illata vel tortura habita non poteſt appella-
tione tolli,vt l.verum.ff.de re iudic.⁊ l.bello.§.facte.de ca.⁊ poſtli.
reuer. Fruſtra ergo interponitur appellatio que interpoſita non
relenat. Huius timore dicebat Jo.lec.Pla.non eſſe veram,⁊ ideo
legebat iſtam l.alio modo,vt primo dicat quod licitum eſt appel-
lari a ſententia,⁊ ſubdit quod appellabatur ab iniuria ſibi illata.⁊
facta in executione,vt j.quo.appel.nõ reci.l.ab executione. Certe
opi. Jo.eſt vera in ſe,tamen non cõgruit bene litere, ideo Pla.de-
fendit opi.ſuã ſic,Fateor quod verbera ⁊ contumelie non poſſunt
tolli per appellationem, nec interponitur appellatio, vt verbera
tollantur, ſed per iſtam iniuriã tota iuriſdictio deuoluitur ad iu-
dicem appellationis. Et iſta eius lectura eſt vera.probatur per l.
j.s.ſi qua pred.po. Et iſtã tenet Gul.de Cug.in l.arbitro.ff.qui ſa-
tiſd.cog. Tene ergo menti hanc lect.⁊ vide glo.tuam notabilem.

LEX XXXI.

2 ☞ Si iudex denegat dare copiam actorum, poteſt lite pendente
adiri ſuperior.
3 Si quis petit reſcindi ſententiam vel inſtrumẽtum, ⁊ aduerſarius
non vult exhibere, iudex debet pronunciare quod ſi aliquo tem-
pore appareat ſententia vel inſtrumentum,non poſſit eo vti.

1 **S I appellationem.** † Si appellatio
nõ recipitur,vel
apoſtoli non dantur ad interponendam querimoniam,
de hoc ſecundum diuerſitatem iudicum,diuerſa tem-
pora ſtatuũtur.h.d. ¶ Op.j.tit.j.aut.ei qui app.Sol.hic nõ loqui-
mur de tẽpore exercẽde app.ſed de tẽpore exponẽde querimo-
nie, qr apoſtoli non danť,⁊ exẽpla nõ exhibenť,⁊ ſic accuſare iudicẽ
puniať ſecundũ ea, que ponunť in l.quoniã iudices. ⁊ l.iudicibus.
s.eo.põteſt fieri deinũ intra tẽpora limitata.Quero,dicitur hic ad
2 conueniendũ aduerſariũ,quis eſt aduerſarius? Dicit gl.† ꝙ iudex,
qui denegat dare copiã actorũ, quo caſu lite pendẽte poteſt adiri
ſuperior,vt lit.pend.l.ij.Innoc.de fide inſtr.c.S.perpetuus.ponit
3 iſtam practicam. † Si aliquis petit reſcindi ſentẽtiã, vel aliquod
inſtrumentũ,quod aduerſarius habeat,⁊ aduerſarius nõ vult ex-
hibere ſibi ſtatuto termino a iudice,qd iudex poteſt pronunciare,
ꝙ ſi quo tẽpore illud inſtrumẽtum,vel illa appareat ſententia, nõ
poſſit illo vti,⁊ vide ibi Inn.⁊ de hoc vide s.de edẽ.l.is apud quẽ.

LEX XXXII.

**P Recipimus.** Hec eſt lex ſatis faſtidioſa,
qr nõ eſt in vſu.Breuiter di-
1 cit.† Si app.ad principẽ a ſententia ſpectabiliũ,cogno-
ſcit prefectus,⁊ queſtor,⁊ ſi a ſentẽtia clariſſimorũ,pre-
fectus tantũ,⁊ a delegato appellatur ad delegantẽ.Et ſi princeps
delegauerit nõ illuſtri,⁊ a tali delegato appelletur,cognoſcit pre-
fectus,⁊ queſtor.Si vero ab illuſtri ſentẽtia appelletur,per conſul-
tationẽ principis determinabiť,in quo ſentẽtie tẽpus inſpicitur,
idẽ ſi illuſtris nõ illuſtri adiũgatur.h.d. Diuiditur in partes,
partes legã.Primo loquitur quãdo appellatur a ſentẽtia ſpecta-
bilium,vſqꝫ ibi,ꝙ a duce,quam primo legã.Ex hoc habes nota-
2 primo ꝙ dixi in ſummario.Secũdo no.† quod licet a ſententia dele-
gati appelletur ad delegantẽ,vt j.videbitis,tamen a ſententia vi-
a carij [a] non appellatur ad eum, cuius eſt vicarius, ſed ad eum, ad
quẽ appellaretur ſi ipſe principalis ordinarius iudicaſſet,hoc eſt
tex.hic,⁊ glo.ponit prout dicit,vicarijs eorum,⁊ hoc modo poſſet
intelligi illa lex difficilis.ff.quis ⁊ a quo.appel. l.j. §.j. Decretiſte
habent hodie caſum extra.de appel.c.Roma.lib.vj.⁊ de conſul.c.
non putamus.lib.vj.quod tene mẽti perpetuo,quia eſt notãdum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vicarij. A ſentẽtia vicarij nõ appellať ad vicariũ ipſum
conſtituentẽ,facit c.cum ſit Rom.de appel.⁊ in l.a proconſulibus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛ ibi Bald.ſ.eod. Adde Cyn.quod ibi Bald.in l.fin.ꝛ in authen. ſi quis.de epiſcop.audi. Et adde,ꝛ ſi alicui ſingulariter competit ex conſuetudine iuriſdictio in vno loco, ille dicitur iudex magis principalis, quam ſuperior, ſecundum Bald.ita referentem Archid.in ca.j.§.ad hec.de pac.iu.fir.in verſic.quero,quomodo iuriſdictio ſit in territorio.ꝛ in eo.vbi omnino vide ꝛ not.multū Ioan. mo.in c.ſi epiſcopus.de offic.ord.ꝛ vide omnino que dixi in l.iudicium ſoluitur ff.de iudic. Alexand.

1 ☞Auditores principis,ꝛ ſummi pontificis, dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam.

2 Idem de acceſſore Poteſtatis,ꝛ capitanei,ſecundum ſtatuta terrarum,licet de iure communi aliud eſſet.

## §. Quod ſi a duce.

Hic loquitur quādo appellatur a ſentētia clariſſimorum iudicum, quales ſunt preſides prouinciarum, ꝛ duces. ¶Not.quod hic dicit de iure ordinario. Ex quo not.quod † iſti
1 auditores [a] principis, ꝛ ſummi pontificis, [b] dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam. † Idem de aſſeſſore Poteſtatis,ꝛ capitanei, ſecundum ſtatuta terrarum, licet de iure communi in aſſeſſoribus aliud eſſet, * vt habes in tit.de aſſeſſo.C.ꝛ ff.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Quod ſi a duce,auditores. Aſſeſſores,ꝛ auditores debent habere iuriſdictionem ordinariam,quod not. Adde Barto. in l.j.in fin.ff.de offic.aſſeſſ.ꝛ vide Bald.hic.quid autem in vice gerente, vide text.not.ꝛ ibi Bart.in l.ij.ſ.de offic.eius qui vic.alter. Et dic,quod vicarius poteſt ſuam ſentētiam exequi, dum habeat ordinariam,vt not.de offic.vica.c.licet.in vj.ꝛ docto.in c.ſi quis.de foro competenti,ꝛ eſt ordinarius ſecundum gloſſ.not.in c.Roma. in verbo.generaliter.extra eo.in vj.facit ad not.per Canoniſtas in c.pe.de offic.vic.ꝛ dicit Bald. in authen.ſed omnino.ne vxor pro marit.quod vicarius poteſt omnes cauſas meri imperij expedire, excepta cauſa ſanguinis.

P. PAV. P ¶Summi pontificis. Vide Feli.Rub.de offic.deleg. Bald.in l.fin.ſ.vbi ſena.vel cla.

CLAVD. DE SEISS. ¶Aliud eſſet. Vide circa hoc Angel. Aret.in l.j.ff.quis ꝛ a quo appellet.

1 ☞Productio iurium poteſt fieri coram notarijs, qui ſcribunt in cauſa.

2 Ipſi autem notarij debent dare copiam partibus.

## §. In his autem.

1 Hic diſponit qui debent ſcribere in iſtis cauſis. † Not.ex iſto §.quod productio iurium poteſt fieri coram notarijs,qui ſcribunt in cauſa, vt dixi ſ.eod.l.eos.ꝛ auth.que ſupplicatio.de prec.
2 Imper.offer. † Not.quod ipſi notarij debent dare copiam partibus.

1 ☞Quis mandat executioni ſententiam a qua appellatur.

## §. Officijs.

† Not.ex iſto verſic.duo notabilia quod quando de eadem cauſa cognoſcunt duo iudices, quod mandare debeat ſententiam executioni qui eorum eſt maior. Secundo not. [a] quod iudex ad quem appellatur, ſententiam mandat executioni, [b] non iudex primus. Hic eſt text.hic. Cyn.tangit hoc in l.eos.ſ.eod. Gloſſ.ꝛ Gul.tangunt in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. ¶†Breuiter quandoque ſententia prima cōfirmatur,quia appellatio eſt deſerta propter curſum temporis,ꝛ tunc iudex primus mandat ſententiam executioni, vt ſ.eod.l.contra maiorem.ꝛ l.quoniam nonnulli.ꝛ j.tit.j.l.fin. §.penulti. Quandoque ſententia confirmatur per ſententiam iudicis,ꝛ tunc iudex appellationis exequitur. Hic eſt caſus hic ꝛ in authent.ſi quis litigantium.ſ.de epiſcop.audien.ꝛ de iudic.l.fin. hoc tenent omnes doct. Quandoque ſententia confirmatur per conſenſum partium, ꝛ tunc iudex appellationis exequitur,vt d.l. tale pactum. §.qui prouocauit. ſecundum Gul.de Cug. Gloſſ.ꝛ Iaco. But.dicebant ſe non videre rationem quare iudex primus non debeat exequi ſententiā quando conſenſu partium ab appellatione receditur, ſicut quando per curſum fatalium appellatio confirmatur,argu.ſ.eod.l.ſi quis libellos. Non obſt.§.qui prouocauit,quia intelligitur ibi quando fuit appellatum a delegato ad delegātem,quo caſu etiam ſi appellatum non eſſet delegatus ſententiam executioni mandaret,vt de re iudi.l.a diuo pio.ꝛ ibi not.ꝛ hec ſatis placet. Ad vnum tamen aduerte,quia quandoq; iudex appellationis licet ſit maior in iuriſdictione, tamen quandoq; eſt minor in potentia, ſicut vides hic in ciuitate iſta,iudex iuſtitie eſt minor in ciuitate,quam ſit poteſtas ꝛ capitaneus,ꝛ tamen ſententia mandabitur executioni per officiales primi iudicis ad requiſitionem iudicis appellationis,vt ſ.de epi.aud.l.epiſcopale.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Secundo not. Vide docto.in l.locis.hic alleg. Sed quid de cauſa criminali? Dicunt quidam in authen.ſi quis litigantium, quod iudex a quo, quia reum debet retinere in eius cuſtodia per l.eos.§.ſuper his.de appel.ſed in cōtrariū eſt caſus in l.addictos.in fi.ſ.eo.qui probat expreſſe,qđ iudex ad quem.

b ALEX. ¶Mandat executioni. Quis mandat ſententiam executioni,an iudex principalis cauſe,an appellationis, vide eum in l.a diuo pio.de re iudi.adde Bar.in d.§.qui prouocauit.ꝛ ibi plene Bald.in repet.maxime per Cano.in c.paſtoralis.de offic.deleg. ꝛ Bal.in d.authen.ſi quis litigantium.in fi. ꝛ facit quod no.in d.l. a diuo pio.in §.ſententiam.ꝛ ibi doct.ꝛ adde Bald.in l.ij.ſ.de vſu. rei iudi.ꝛ in l.contra.ſ.eo. Quid in cauſa criminali,vide Bal.in l. addictos.ſ.eo.vide authen.ſi quis litigantium.Et de materia per gloſſ.Innoc.docto.in c.paſtoralis.de offic.delega.§.preterea.per Bald.late in d.§.qui prouocauit.ꝛ ibi etiam quid in criminali.Et dicunt domi.de Rot.in ſuis deci.cvij.quod iudex datus in appellatione, elapſis fatalibus poteſt primam ſententiam confirmare. Et dicunt hoc tenere Innoc.in c.j.de conceſſ.preb.vt innuit.quod eſt no.ſi eſt verum,vide Bald.ſ.ead.l.

## §. Hec ſi.

Hic loquitur quando a legato appellatur.

## §. Huic ſaluberrime.

Hic loquitur,quando Imperator cauſam legauit non illuſtri.

1 ☞Si doctori occaſione ſalarij cōſilij debet dari aureus pro centenario,nō doctori vero florenus Rhenenſis,ꝛ ſi cauſa commiſſa ſit non doctori qui conſuluit factus doctor,an debeat habere aureum vel florenum? vide infra.

## §. Sane ſi illuſtrium.

Supra dictum eſt de ſpectabilibus, ꝛ clariſſimis hic loquitur quādo a ſentētia illuſtrium appellatur. Not.hunc text.valde ibi,licet ante ꝛc. Fuit diſputata ſemel quedā
1 queſtio Bononie. † Cauetur ſtatuto, [a] quod ſalarium conſulto-
a rum quod ſi ſit doctor [b] quod habeat xij.denarios pro libra,ſi non
b ſit doctor,habeat octo denarios pro libra. Contingit quod cauſa fuit commiſſa non doctori, qui conſuluit factus doctor. Quero, quale ſalariū debeat habere.Et videtur quod debeat inſpici tempus conſilij,vt hic.Breuiter aduerte ad me. Dic adiectiuū quod regitur a verbo, ſignificat ſecūdum tempus verbi, vt l.in delictis. §.ſi detracta.ff.de noxa.de teſta.mili.l.Titius. In propoſito dico diligenter inſpicienda verba ſtatuti. Aut enim dicunt, ſi doctor conſuluerit,ſit eius ſalarium tantum,tunc quia iſtud ſubſtantiuū doctor regitur ab illo verbo conſuluerit,ſufficit quod de tempore conſilij ſit doctor,hic eſt caſus hic.Si vero ſtatutum dicit,ſi cauſa conſulenda committatur doctori ſit eius ſalarium tantum , tunc quia dictio doctori,regitur ab illo verbo committatur,tunc debet eſſe doctor tempore commiſſionis,quia ſignificat ſecundum tempus verbi,vt ſ.in legibus alle.Si vero verba eſſent ambigua,tunc interpretatur pro eis in benigniorē partem,vt habeant tanquam doctor.arg.huius l.ꝛ l.iij.§.Seio.ff.de mino.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Cauetur ſtatuto. Vide Fel.in c.quoniam Abb.de offic.deleg.Bald.in l.fin.ſ.vbi ſena.vel clari.

b ALEX. ¶Doctor. Notabilis queſtio facti de cauſa commiſſa non doctori qui cōſuluit factus doctor,ꝛ adde not.hic,quod tempus debeat inſpici,vide Bal.in l.generaliter.de epiſ.ꝛ cl.de cauſa committenda canonico, qui poſt commiſſionem renunciat canonicatui,an poſſit procedere. Et vide quod not.Bald.hic.ꝛ Bald. in l.humanitatis.ſ.de impu.in verſi.vlt.oppo.

1 ☞Si tibi eſt obligatus clericus,ꝛ laicus tali cauſa que debet coram iudice laico examinari, tunc occaſione clerici laicus coram epiſcopo conuenietur.

## §. Eodem obſeruando.

Not. hunc §. ex quo nota, quod
1 † qui coniunctus eſt maiori [a] in indiuiduis gaudet priuilegio ma-
a iorum. Facit ad hoc ff.quemad.ſer.ami.l.ſi communes. † Et pro
2 hoc dico [b] quod ſi tibi eſſet obligatus clericus ꝛ laicus tali cau-
b ſa, que debet coram iudice laico examinari,occaſione clerici laicus coram epiſcopo conueniretur.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Coniunctus eſt maiori. Vide omnino in iſta materia que habes ad Bartol.in l.ſolent.ff.de ali.ꝛ ciba.lega.vbi etiam Bart.tangit.

b AL EX. ¶Hoc dico. Adde Bald.in l.Gallus.§.ille caſus.de libe.ꝛ poſthu.contrarium tenuit Bart.in l.ſolent.ff.de alimen.leg. Sed iſtud hic eſt verum, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum,vt hic,ꝛ in c.quod in dubijs.de conſe.eccle.vel alta.Quid ſi quando conueniatur collegium licitum in quo ſunt clerici ꝛ laici, vide Bartol.in l.fin.ff.de colle.il. Sed quid ſi duo ſunt clerici, vnus clericus,alter laicus,ꝛ diſcordant,an epiſcopus vel clericus eliget tertium. Dicit Guido de Su.quod alter ipſorum ſufficit. Alias,de excuſ.tuto.in l.iuriſperitos.Ita dicit ipſe in l.prouiden-

dum.ſ.de poſthu. Ita dicit ipſe Cardi.in c. Joannes.de teſt.quod ſi clericus ⁊ laicus ſunt cõſtituti executores teſtamenti,iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus. Item vide Bartol.in l.j.§.ſi quis in appellatione.ff.de appel.Et ad materiam quid operetur miſtura, vide tex.l.ſi impubes.§.ſi pupillus.⁊ in l.de bonis.circa princ.ff.ad Carb.Facit l.queritur.eo.tit.facit tex.in c.per tuas.de arbit.Facit glo.in l.que dotis.in verſic.expenſas ſol.matr.quam Imola reputat ſing.ibi facit caſus not.⁊ ibi gloſ.in l.fin.C.de mune.⁊ hon.non continua.lib.xij. Facit quod dicit Bartol.in l.ſi emancipati.ſ.de collatio.de duobus nepotibus,quorum vnus.⁊c. Facit quod dixit Bald. in cap.j.quibus modis feud.amit.facit quod dixit idem Angel.in l.Imperator.ff.de ſta.ho.Facit quod dixit idem Angel. in l.ſi quis ex argentarijs.ff.de edend.⁊ Ludoui.Roma.conſil.ccl. vbi dixit quod teſti reprobato,⁊ vili adhibebitur plena fides,propter adiunctionem alterius boni, ⁊ fide digni. Facit quod dixit Ludoui.Roman.in l.arbitro.ff.qui ſatiſda.cog. Facit quod dixit Innoc.in c.j.de reſcrip.⁊ Inno.in c.fin. Et vide quod voluit dom. Abb.in q.ſua incip. Bandulphus.⁊ do. Mat.de Matha.in not. ccxlvij.dom.Petr.de Ancha.in repe.c.ea que.de reg.iur.in vj.⁊ in prima parte q.principalis,facit quod ibidem dixit Petr.de Anchar.vbi dicit de vniuerſitate ſcholarium,vbi ſint permiſti clerici. allegat Bart.in l.j.ſ.de colle.illici.⁊ Bald.in authen.habita.C.ne fil.pro pat.facit quod dixit Bald.in l.precipimus.in hoc tit.Facit quod dixit dom.Card.in d.c.cum Joan.de teſta.Facit quod dixit Bart.in l.ſi is qui duos.de lib.lega.⁊ Bald.in l.j.ſ.pro ſoc.⁊ vide in rub.de ſucceſſ.edi.per Mod.qui ponunt multos caſus.⁊ facit quod dicit Barto.in l.cum ſenatus.ff.de reb.dub. Adde quod dictum teſtis vilis ſuppleatur per alium Bal.conſi.cxxxvij.iij.lib.

2 ☞Ex identitate rationis nunquam inducitur correctio legis.

1 **§. Quiſcquid.** † Not.quod non mutatur,quare ſtare prohibetur: vt hic.⁊ l. ſancimus.de teſt. Aduerte, quia hic dicit text.quod non mutatur ſpecialiter,⁊ ſic requiritur quod ſpecialiter ⁊ ſpecifice mutetur,antequam di-
2 catur,hoc eſſe correctum. Secundum † hoc videtur caſus expreſſus eius quod dixi in auth.quas actiones.ſ.de ſac.ſanc.eccle. vbi dixi quod ex identitate rationis nunquam inducitur correctio l. vt dixi.in l.ſi vero.§.de viro.ſol.mat.quod perpetuo tene menti.

LEX XXXIII.

**DE caſu.** Hic dicitur, quando appellatur a ſententia lata ſuper ſtatu curialium,magiſter militũ debet eſſe iudex.Et hoc ſit tibi pro ſummario.

LEX XXXIIII.

2 ☞Quando iudex committit cauſam cõſulendam, eſt in arbitrio ſuo ponere in puncto opinionem ſuam vel non.
3 Conſultor quando examinat acta cauſe commiſſe non eſt neceſſaria preſentia partis aduerſe.

1 **Iubemus.** † Quãdo princeps ſuper aliqua cauſa cõſulitur, ab eius conſiliarijs partibus preſentibus vel abſentibus cauſa examinatur, nec ab eorum conſultationibus appellatur.hoc
2 dicit. Not.duo ex hac lege. Primo † quod eſt in arbitrio iudicis, quando cauſam conſulendam committit,ponere in puncto opin.
3 ſuam, vel non. † Secundo not.quod quando conſultor examinat acta cauſe commiſſe, non eſt neceſſaria preſentia partis aduerſe. Siue ergo pars fuerit citata, ſiue non nihil ad propoſitum, ſiue ſit preſens ſiue non.

LEX XXXV.

2 ☞Cum queritur quanta ſit quantitas,inſpicitur tenor ſententie, non autem eius effectus,nec illud quod poteſt exigi.
3 Quando duo iudices ordinarij diſcordant, debent eligere tertiũ, ⁊ quid ſi proferant ſententias diſſonantes.
4 Quando cauſa examinatur in conſiſtorio principis,dantur noue dilationes.niſi examinentur per modum conſultationis.

a
1 **IN offerendis.** [a] Breuiter dicit. † In cauſis que ſunt vſque ad decem libras auri, ſolum vnus iudex cognoſcit in cauſis que ſunt vſque ad xx.lib.l.precipimus non mu-
b tatur. In cauſis [b] que ſunt vltra xx.lib.totum auditorium Principis expectatur ⁊ ad appellationem introducẽdam eſt biennium
2 conſtitutum,⁊ noue probationes reperiuntur.hoc dicit. † No.hic quod quanta ſit quantitas inſpicitur ſecundum tenorem ſenten-
c tie [c] a qua appellatur. hoc facit imo determinat ad ſtatuta huius ciuitatis ⁊ aliarum,dicit ſtatutum quod qui habet inſtrumentum a decem lib.ſ.debeat inſinuare.modo aliquis habet inſtrumẽtum centum lib.non inſinuat,opponitur ſibi quod non valet. Reſpondet ipſe,licet inſtrumentum ſit de centum lib.forte in patrimonio debitoris non ſunt decem, ⁊ ſic in effectu non eſt cẽtum librarum,
vt l.nam his.ff.de dolo. Certe per hanc legem reſpondetur quod
d debemus tenorem inſtrumenti [d] inſpicere , non autem effectum
e exactionis. [e] Hoc etiam facit ad ſtatutum quod dicit quod ſoluatur decimum.ſeu ſoluantur capita ſolidorum ſex denariorum pro libra. quod in eſtimatione inſpicitur tenor inſtrumenti. ſeu tenor
* libelli, non inſpecto effectu. * Hoc eſt verum quando illud quod petitur eſt certum.ſed quãdo eſtimatio eſſet incerta.dicam ſtatim
3 ĩ.eod.l.fin.in fin. † Secundo not.quod quando duo iudices ordinarij diſcordant, debent eligere tertium, vt hic, ſed ſi proferrent ſententias diſſonantes, quid iuris ſit habes in l.inter pares.ff.de
4 re iudi. † Ulti.not.quod quando cauſa examinatur in conſiſtorio Principis, dantur noue dilationes, vt hic in fi.quod eſt verum ſi examinatur per modum appellationis, ſecus ſi per modum conſultationis,vt de dilatio.l.cum a nobis. Ita debet intelligi quod gloſ.not.ſ.eod.l.ne cauſas. ¶ Oppon.⁊ videtur quod alia tẽpora ſtatuantur, vt ĩ.tit.j.l.ij.⁊ iij. Sol. Hic loquitur de tempore appellationis introducende ſeu intimande,ibi loquitur de temporibus ſtatutis ad alia,vt ibi dicemus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ In offerendis. Uide Alex.in l.cum quedam puella. ff.de iuriſd.omn.iudic.
b ALEX. ¶ In cauſis. Adde Bart.in l.qui tabulas.circa princi. ff.de fur.in verſic.oppon.quod non valet ibi,non autem effectum exactionis.Hoc etiam facit ad ſtatutum.⁊ ſic nota quod ſi debentur centum pro libra cõſultori.inſpicitur quod petitur,non quod exigi poteſt per inopiam. quod tene menti,⁊ facit text.in authen. de litig.§.ad excludenda.⁊ not.Bart.iſtum text.in l.pen.§.fin.ff.de iuriſdi.omn.iudi.licet litigans ſit pauperior petitore, vt hic,quod eſt not. Tu videas per te Jacob.de Bel.hic.
c P. PAV. P. ¶ Tenorem ſententie. Sed quid ſi ſententia contineat aliquod factum ⁊ non quantitatem,quod debeat aſcendi.vide in l.ampliorem.§.fin.⁊ quod ibi ſcripſi poſt Alex.ĩ.eo.
d P. PAV. P. ¶ Tenorem inſtrumenti. Uide Matt.Matheſillan.notabili cxlv.
e P. PAV. P. ¶ Effectum exactionis. Adde circa iſta ſtatuta ⁊ multa ſimilia Iaſ.in §.tripli.in j.not. Inſtitu.de act.vbi de multis alijs ponit.⁊ refert idem dominus Iaſ.in §.actionum.in gloſ.in verſic. communi diuidun. ⁊ text.in l.ampliorem.ĩ.eod.⁊ que vbicunque dicit Bar.ad probandum quod debeamus metiri ius ex perſona ⁊ petitione actoris.
* CLAVD.DE SEISS. ¶ Non inſpecto effectu. Sequitur ⁊ reputat notabile Matheſilan.notab.cxlij.

LEX XXXVI.

2 ☞Si rex iudicat vt dux vel comes appellatur ad ſuperiorem ſi in ducatu vel comitatu.
3 Epiſcopus vel clericus habens iuriſdictionem a principe,ſi iudicat vigore illius iuriſdictionis,an ab eo appellatur ad principem, ⁊ non ad papam.

a
1 **SI quando.** [a] † Si appellatur a duce,ſiue ſit illuſtris, ſiue ſpectabilis ſolum magiſter officiorum cognoſcit,⁊ in hoc corrigit l.
2 precipimus.hoc dicit. † Not.hanc legem [b] ex qua not.
b quod ſi rex iudicat vt dux vel comes , appellatur ad ſuperiorem ſibi in ducatu vel comitatu non inſpecta regia dignitate,⁊ vide-
3 tur hic text.illius queſtionis.Si aliquis † epiſcopus vel alius clericus habeat feudum vel iuriſdictionem a principe,⁊ iudicat vigore illius iuriſdictionis,quod ab eo appellatur ad principem nõ ad papam.Hic eſt caſus.Et hoc etiam tenent Canoniſte in cap.j. de feud.Glo.dicit aliter in c.fin.extra de delict.puer.⁊ vide in cap. Roman.extra de appel.lib.vj.in verſic.debet.⁊ hic eſt caſus. Et ex hoc video quod quando committuntur vni plures prouincie,ex eo quod iudicat,vt rector vnius prouincie appellatur ſuperiori illius prouincie. ⁊ eodem modo in alia prouincia. Quod intellige verum quando vnus gerit duorum officium. ſecus ſi vnum officium vniretur alteri, vel confunderetur in altero, quia tunc illud quod extinguitur non debet inſpici. Et ita habes text.in authen. vt iud.ſine quo.ſuf.§.illud.⁊ C.de metrop. Bery.l.j.⁊ ibi not.⁊ extra ne ſede vacan.ca.j.⁊ iſta ſunt notabilia ad multa,⁊ tene menti, quia quotidie hec fiunt.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quando. Quid ſi Rex vel dux vel comes iudicat, an appellabitur ab eius ſententia tanquam lata a rege vel a comite,⁊ idem quod tenet hic Bart.in l.j.§.ij.in fi.ff.eo.
b ALEX. ¶ Not.hanc legem. Quod ab eo appellatur ad principem.⁊ idem Bar.in d.l.j.§.ij.ad fin.ff.de appel.in vlti.q.in fi.⁊ vide Barba.in l.ſi cum venerit.§.nulla.de pigno.actio.

LEX

LEX XXXVI.

a **Ampliorem.** a †Appellationē poteſt exer-
1 cere tam appellās quām ap-
2 pellatus, hoc dicit. Not. quod dixi in ſummario. † Not.
etiam quod pro parte abſente iudex poteſt ſupplere
de facto, ibi, adimplere, ꝛc. Et vide gloſſ. quam not. ꝛ tene menti.
Ego dico quod in cauſa appellationis non eſt ſpeciale imo eſt re-
gula, vbicunq; contra abſentem poteſt perueniri ad diffinitiuam
ſententiam, iudex pro eo poteſt ſupplere de facto. Hic eſt text. ꝛ ṡ.
quomo. ꝛ quando iud. auth. qui ſemel, ibi perquiſita veritate.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ampliorem. Hic eſt caſus in princ. huius legis mul-
tum ſingularis, quod ſi aliquis eſt condemnatus in quinque, ꝛ in
alijs quinque abſolutus, ſi iſte talis appellat, quod iudex appel-
lationis poteſt in alijs quinque condemnare, in quibus fuit abſo-
lutus in ipſius appellantis preiudicium, quod tene menti perpe-
tuo, ꝛ hoc dicit Bald. hic in princ. ad quod bene facit quod notat
Innocen. in c. inter monaſterium. de re iudic. ꝛ refert Bald. in l. fi.
quando prouoc. non eſt neceſ. ꝛ ibi Bart. in l. fi. ꝛ clarius ibi Bal.
ad fi. qui ad hoc alleg. iſtum text. Adde quod Ioan. And. in addi.
ad Specu. in titu. de appel. §. in quibus. verſic. quid ſi victus. dicit
Guid. de Suza hic, querere an beneficium huius l. competat ap-
pellato, quando appellantem peniteat ꝛ ab appellatione recedit.
ibi cauſa breuitatis te remitto.
P. PAV. P. ¶ Ampliorem. Quid autem ſi lapſum eſt tempus ap-
pel. proſeq. an appel. poſſit proſequi vide nota. Abb. in c. ex parte.
de preſcript. Item limita ſing. vt per Alber. hic, niſi appellans ac-
cepiſſet ſententiam quantum facit pro ſe, ꝛ inquantum eſt contra
ſe, appellare licet, prout ſolet cōmuniter fieri, vide per eum. Item
de materia huius l. vide late Felin. in cap. ſignificauerunt. extra de
excep. vbi ponit etiam de predicta limitatione, vide Bar. in conſi.
cl. vide etiā omnino Philip. in c. ſi duobus. extra de appel. Barb.
in c. Raynutius. de teſta.

**§. In refutatorijs.** Gaudent breuitate mo-
derni. hoc dicit. Habuiſtis
ṡ. de precib. Imper. offere. l. fin.

2 ☞ Aeſtimatio facta in principio litis pro ſoluenda decima non
facit fidem in proceſſu.

1 **§. Sed cum ſcimus.** Breuiter dicit. † Si
tēpore ſentētie ſum-
ma reperiatur maior quam prima facie videbatur, nō impeditur
iudex ſuper toto pronunciare. hoc dicit. notabiliſſimus §. quem
a bene not. Tota die vides, a quod in ciuitatibus ſunt iudices, qui
poſſunt de cauſis cognoſcere vſque ad certas ſummas, quod ſi il-
la cauſa prima facie non videatur excedere iuriſdictionem iudi-
cis, ſi poſtea reperiatur maior, poteſt ſuper toto pronunciare, ꝛ
ſic videtur quod ille iudex poſſit tunc cognoſcere de illa ſumma,
licet tempore ſententie in proceſſu, ꝛ poſt, appareat maior ſum-
ma, ꝛ non poſſet cognoſcere, quod nihilominus poteſt cognoſce-
2 re. Caſum habes hic not. † Secundo not. caſum ex hac l. quod
licet in princip. litis eſtimatores ad eſtimandum quantitatem li-
tis propter ſoluendam decimam, quod illa eſtimatio non facit fi-
dem in proceſſu, ſed debet examinari veritas. Caſus eſt hic, quod
perpetuo tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tota die vides. Hanc queſtionem decidit Bart. in l.
ſi id. in princ. ff. de iuriſd. omn. iudic. ꝛ vide tu Bart. in l. in offeren-
dis. in j. queſtio. j. eodem. quid econtra, vide que dixi poſt Bartol.
in l. j. §. j. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Quid autem ſi queſtio eſt ſuper
intereſſe aliquo quod a principio eſt ineſtimabile quis cognoſcet,
ꝛ not. Bartol. hic ꝛ dicit Bartol. in l. iiij. §. pretor. ꝛ in ti. de damn.
infect. ꝛ ibi Ludouic. in fin.

---

De temporibus appella. &c. Rubr. LXIII.

LEX. I.

**Si quis.** Breuiter dicit, tempus exercende
appellationis interpoſitum a no-
minatione ad munera eſt duorum menſium a tem-
pore ſcientie. hoc dicit. ¶ Oppon. ṡ. titu. j. authen.
hodie. Dicunt quidam quod hic eſt ſpeciale, quod
non videtur verum, vt l. j. §. quod in ſententijs. ff. quando appel. ſit.
Dicas ergo quod hic loquitur de tempore appellationis exer-
cende, ibi de tempore appellationis imponende. Sed contra hoc
oppon. quia ad exercendam appellationem ſtatuitur maius tem-
pus, vt j. eod. l. fin. §. illud. Solu. ſpeciale eſt in hoc caſu, vt ita mo-
dicum tempus ſtatuatur ad appellationem exercendam.

LEX. II.

2 ☞ Quando parti datur dilatio octo dierum ad aliquid facien-
dum, tunc ſi in vltima die illud facit, non eſt neceſſaria citatio ad-
uerſarij.
3 Priuilegium quando impetratur a principe in his, que cauſe co-
gnitionem non requirunt, vel partem modice ledunt non debet
pars citari.
4 Si dies termini cadit in diem feriatam, quando debeamus inſpi-
cere precedentem diem non feriatam.
5 Quādo vnus ſolus litigat, iudex pōt ſupplere de facto pro parte.
6 Si iudex ſtatuit terminum vnius menſis, de quot diebus intelli-
gatur.

1 **Tempora.** † Breuiter dicit, Si appellat̄ ab
ordinario, ad appellatiōis proſe-
cutionē inchoandā primū fatale eſt ſex menſiū, ꝛ dātur
alia tria vnius menſis pro quolibet, ꝛ a principe poteſt
intra tres menſes reparatio poſtulari, nec partis citatio requirit̄.
Si appellatur a delegato, eadē ſunt fatalia reparatione accepta,
ſed ſi appellatur a delegato illuſtris vel ſpectabilis, primū fatale
eſt duorū menſium, cetera non mutātur. Et ſi vltima dies cadit in
feriatā, precedens inſpicitur, ꝛ fatalibus elapſis pro nō appellan-
te habet. h. d. hec l. ad quā aduerte. Pro cuius declaratione ꝛ eui-
a dentia a ſcias quod quoddā eſt tēpus appellationis interponen-
de, de quo loquitur l. eos. in fin. ꝛ auth. hodie. ṡ. tit. j. Quoddam eſt
tēpus appellationis introducēde ſeu producende, de illo loquitur
l. in offerendis. ṡ. titu. j. Quoddam eſt tēpus inchoandi proceſſum
ſuper appellatione, ꝛ de illo loquitur hec lex, ꝛ l. cum anteriorib. j.
eo. vſq; ad §. in his. licet gl. aliter intelligat. Quoddam eſt tempus
appellationis exercēde, ꝛ finiende, de hoc loquitur in d. l. cum an-
2 terioribus. §. illud. Alia tempora declarabo ſuper auth. † Primo
not. quod quādo datur dilatio parti octo dierū ad aliquid facien-
dum, ſi illud vult facere vltima die termini non debet facere citari
aduerſarium, quia vltima dies termini eſt nota aduerſario. Sed ſi
vellet facere intra terminum, non poſſet, niſi faceret partem citari,
quia qua die compareat intra terminū, debet eſſe notum parti, vt
b probatur hac l. ꝛ dixi vobis, de verb. oblig. l. qui ante. b licet hec lex
quantum ad appellationem recipiat mutationē, vt j. eo. l. cum an-
3 terioribus. §. j. † Secundo no. quod quādo a principe impetratur
c priuilegium, nō eſt neceſſe quod citetur pars, c quod eſt verum in
his, que partem non ledunt, vel ledunt modice, ſeu cauſe cognitio
nē non requirūt, vt l. ij. §. merito. §. ſi quis a principe. ff. ne qd in lo.
pub. de preci. Impe. offe. l. quoties. ꝛ ita loquitur hic. In his ve-
ro, que cauſe cognitionē reqrunt, vel partē lederent, multū debet
citari pars, vt l. ij. de nata. reſti. ꝛ de adop. l. nam ita diuus. Not. ex
4 §. illud. † quod quando dies termini cadit in diem feriatam d debe
d mus inſpicere precedentem diem non feriatam. De hoc tangitur
per Spe. in ti. de cita. §. j. ver. item excipitur qd citatio. ꝛ de dila. §.
j. verſi. ſed pone iudex. Nec tamen iudicio meo illuꝫ paſſum vſque
quaque perfecte declarat. Poſſemꝰ tamē breuiter ſic dicere: Qñ
que ſtatuitur alicui terminus in quo aliquid faciat. Quādoq; ſta
tuitur terminus intra quem aliquid faciat. Si ſtatuitur terminus
in quo, ſi illa dies cadat in feriatam diem, pōt pars ſe preſentare,
non vt procedat, ſed vt ſequenti, die non feriata procedat, vt in c.
veniens. extra de accu. Sed ſi vellet, poteſt comparere, ſi quidem
compareret ad impediendum proceſſum fiendum contra eū ra-
tione contumacie, tunc poteſt, ſed ad impediendum officiū iā con
ſummatum propter contumaciam non pōt, vt in c. cum dilecti. ex-
tra de dolo ꝛ contu. ꝛ d. c. veniens. Si vero ſtatuitur terminus, in-
tra quem veniat, tunc ſi cadit in diem feriatam ferijs ſolēnibus, in
ſpicitur precedens dies non feriata, vt hic. Sed ſi cadit in ferias
repentinas, ſibi ſubuenitur, vt l. ſed ꝛ ſi per pretorem. §. ſi ferie. qb.
ex cau. maio. Diceres tu, hec lex nō loqtur de termino, intra quē,
imo de termino, in quo, qm̄ vltima dies termini eſt fatalis, vt l. cū
anterioribus. §. j. j. eod. Reſpondeo, cōcedo quod vltima dies ter
mini eſt fatalis, quantum ad hoc vt poſſit procedere parte nō ci-
tata, ſed ſi vult facere citari partem, tunc poteſt intra tempus fa-
5 tale. Ita loquitur hic, ita poteſt loqui j. l. proxi. ¶ † Vltimo no. ꝙ
quando vnus ſolus litigat, iudex pōt ſupplere de facto pro parte.
Vidiſtis ṡ. ti. j. l. ampliorem. in prin. Vltimo pōt induci hec lex ad
6 q. † iudex ſtatuit terminū vnius menſis, de quot diebus intelligi-
tur: Hec lex facit ꝙ intelligitur de xxxj. diebus. do. Io. and. mouet
iſtam queſtionem in c. quam ſic. extra de electio. lib. vj. Et dicit qd
intelligitur de tot diebus, quot dies habet ille mēſis, in quo ter-
minus datur, vt quot dies deficiunt ex illo menſe, tot ſuppleātur
ex alio menſe, dixi de verbo. ſign. l. cum biſſextus. Alia ponētur in
l. fi. huius titu. vbi melius cadent.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Euidētia. Vide Bar. in auth. ei qui. ꝛ in auth. ſz lis. j. e.
Bart. Secunda ſuper Cod.